UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Commvnio Sanctorvm. In Eccesia [!] Catholica

Fide & praxi frequentata. Catholicis ad devotionem. Acatholicis ad informationem. Proposita Ex PP. Soc. Jesu

Coloniæ, 1654

S. Medardus Epis. S. Gildardus Epis. S. Calliopa M. 8. Jun.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44916

Visual Library

1.S.Medardus Epiſ.in Gallijs circa Attilæ Hunnorum Regis tempora floruit. Ea illi multam materiam dederunt virtutis tum privatim tum publice exercendæ, quam etiam indefeſſe excoluit neque contentus ſuæ diæceſis populo, etiam Flandros ad fidem excoluit & longe diſtantes pijſſime rexit ad mortem, quæ ei laborum finem dedit A. 556.

2.S.Gildardus Rhotomagēſis Epſ.S. Medardi frater, cum eo cuncta ita cōmunia habuit, ut eodem die ambo nati, Epiſcopi conſecrati & è vita exceſſerint. Mira res, niſi in vtroque Sanctitas magis ſpectanda admirationem ad ſe pertraheret.

3.S.Calliopa Martyr ob Chriſti fidem mammis abſciſcis atque aduſtis carnibus ſuper teſtulas volutata Capite demum truncata Martyrij palmam accepit.

S. Medardus Epiſ. S. Gildardus Epiſ. S. Calliopa M. 8. Jun.

Bona Conſcientia.

Virtus eſt contenta candore conſcientiæ, etſi non ſequatur odor famæ. *Bern.*

Deus qui nos annua S. Medardi (S. Gildardi: S Calliopæ) ſolennitate lætificas: concede propitius, ut cujus natalitia colimus, virtutem quoq; imitemur. Per D.N. Ieſum Chr. &c.

Ora pro frugibus terræ, &c